Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De usurariis

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

duo procedunt | quorum unum igne iracundie accendit
scilicet verba dura ad extinguit scilicet responsio blanda Eccli.
xxviij Si sufflaueris quasi ignis
Sex sunt cause quare dyabolus laborat ne audia-
tur verbum dei et diuini officium etc. Prima causa est quia
demon est fetidus et turpis et ideo nollet ut deformi-
tas illius aperiretur i. turpitudo per totius puerbium predicatoris
sicut domus per lucernam et candelam | Secunda causa
est quia demon est zelotipus et inuidiosus et ideo nollet
ut ad cantilenam Christi quibus vaderet ne eo derelicto
cum Christo gratularet(ur) Tercia causa quia sicut lupus quorum
canis uel pastoris ouem dimittit ita dyabolus
dimittit animam quorum sermocinantis Quarta causa
est quia sicut famulus asinum pellit et currere facit sic
predicatio dyabolum Quinta causa ut hereditate qua
hereditate demon deprodatur est verbo predicatoris non
audito detineat Sexta per suam exhortationem etc.
Tria sunt genera hominum que fecit deus Clericos
milites laborantes quartum fecit dyabolus scilicet burgenses
usurarios qui non sunt aliquis istorum Sunt enim
burgenses inter homines sicut fucones inter apes Fu-
cones sunt apes que nec mellificant nec fructi-
ficant sed apibus nocent Sic burgenses milites
exhereditant laborantes deuitant tamen ipsi sunt
ociosi Unde cum de nullo sint ordine ibunt ubi
nullus est ordo sed sempiternus horror inhabitat etc.
Si rex induceret vestes alicuius pauperis et daret
sibi suas magnum esset signum amoris et pietatis
et humilitatis ita fecit Christus Unde O admirabile commercium etc.
Si quis scienter esset inter inimicos et dormiret
ianuis apertis mirum esset Sic homo mortali
quomodo audet dormire nisi confessus. i. Item non apparet bu-
lite uel ymagines nisi fortiter cum malleo compri-
matur Sic in homine non apparet bene vestigia sal-
uatoris nisi malleo tribulationis fortiter impri-
Quaeritur cur deus hominem verbo non redemit
que solo verbo creauit Cur cum priore tot supplicia
et obprobria sustinuit quem solo imperio liberare
potuit Sed exclamare possumus cum apostolo O altitudo